

Heinrich Müller

**Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Müller/ Theol. D. & Prof. Ordinar.
Funus, Quod ... Infantulo Johanni Polzio, Filiolo suo desideratissimo Parentes
moestissimi hodie paratum eunt, indicit, & ad eundum exequias Cives
Academicos serio & peramanter invitat : P.P. Rostochii sub sigillo Rectoratus d
18. Febr. Anno MDCLXX.**

Rostochii: Kilius, 1670

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777389541>

Druck Freier  Zugang



Müller, H. ,

in

J. P o l z .

Rostock. 1670.

17

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCKENSIS

HENRICUS

SENIOR

THEOL. D. & THEOL. ORDINE

PHYSIC.

JOHANNI

VOLAVIO

PHYSIC.

PHYSIC.

FRANCISCO

PHYSIC.

154.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HENRICUS

Müller/

Theol. D. & Prof. Ordinar.

FUNUS,

Quod

Mellitissimo Infantulo

JOHANNI
POLZIO,

patri suo desideratissimo

Parentes moestissimi

hodiè paratum eunt, indicit,

&


ad eundem exequias

CIVES ACADEMICOS seriò

& peramanter invitat.

P. P. Rostochii sub sigillo Rectoratus d. 18. Febr.

Anno MDC LXX.



ROSTOCHII,

Literis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

12-1

REGTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCKENSIS
HENRICUS
Theol. D. & Theol. Ordinarius

**HORA NOVISSIMA: TEMPORA
PESSIMA: EVIGILEMUS!
ECCE MINACITER IMMINET
ARBITER ILLE SUPREMUS,
ΚΥΡΙΑ ΕΛΕΥΣΟΝ!**

Theolo. the. doct. ordinarius
Patentes medicinae
hodie primum susceptus
et cetera
CIVES ACADEMICOS
P. P. Rostockensis
anno MDCLXXII



Non ineptè Veterum quidam ro-
gatus quid sit homo? respondit,
Bulla est. Videas, cum pluit,
bullas subito quasdam, s. ampul-
las insurgere aqueas, efferre se-
se & velut extollere caput suum;
Quas si tangas, totum illum tu-
morem solidi nihil habere ad-
vertas, solum sub regmine fragili inanem latere aërem;
undè vix apparentes subito evanescent, ac per mo-
menta aliæ aliis succedunt. Quid inter homines vides
aliud, quàm successivè nasci hos, illos interire, intum-
escere quosdam, inflatosq; repentè evanescere?
Hæc nimirum vitæ nostræ fragilis est conditio, *Quoti-
diè morimur, quia quotidie demitur pars aliqua vitæ.* Et tunc
quidem cum crescimus, vitæ decrescit. Infantiam amisimus, de-
indè pueritiã, deindè adolescentiam, usq; ad hesternũ, quicquid
transit temporis perit, Et hunc, quem agimus diem, cum
morte dividimus, Et sicut clepsydram non extremum stillici-
dium exhaurit, sed quicquid antè defluxit, sic ultima hora,
qua desinimus esse, non sola mortem facit, sed sola consum-
mat, ut ait Seneca epist. 24. Hinc statim atq; in lucem
editur

editur infans, pannis lineis, ferali veluti obvolvitur amictu: quæ res indicio est, eodem illum momento & vivere incipere & mori. *Ingitur infans pannis*, eleganter scribit Tertullianus lib. 4. cont. Marcionem, *veluti sepultura involucris initiatus*. Sic nempe spumosa aquarum bullæ inchoantibus pluviis excitata ab intimis certatim prodeunt, sed eò celerius disruptæ depereunt, quò inflata citius extenduntur; cumq; excrescunt ut appareant, crescendo peragunt ne subsistant. Sic flosculi dum nitent cadunt, dum apud se extolluntur, repentino interrupti fine terminantur. Sic aurarum flatu in altum stipula rapitur, quæ casu concito ad ima revocatur. Sic ad nubila fumus attollitur, sed repente in nihilum tumescendo dissipatur. Sic ab infimis nebula descendendo se erigit, quam exortus mox solis radius, ac si non fuerit, abstergit. Sic in herbarum superficie nocturni roris humor adspergitur, sed diurni luminis subito calore siccat. Intueamur hodiernum saltim elegantissimi Infantuli JOHANNIS POLZII exemplum, quod vel solum de vitæ nostræ fragilitate, rerumq; humanarum inconstantia, abundè nos erudit. Parentibus enim ille suis non tam datus quam ostensus, vix tres anni quadrantes à natiuitate supervixit, ubi continuo veluti mundana omnia exosus, abire abs nobis, cœloq; undè venerat, redonari cœpit. Cæterum, quæ de BEATULO excepto mire narrari merentur ipsius Reverendi Paren-

Parentis Collegæ nostri pl. dilecti consignata ma-
nu exhibemus: Ita vero ille; B. filiulus noster
JOHANNES natus est d. 24. Maji, Anni Vulg.
Epochæ Christianæ 1669. quæ erat dies Luna s. feria secunda
post Dom. Exaudi, circa primam meridianam; subsequen-
ti verò diesacro Baptismatis fonte initiatus Christo nomen
dedit. Parentes ei fuimus: M. JOHANNES MAURICI-
US POLZIUS AdD. Georgi Eccles. & SOPHIA
SCHRODERS. Avus paternus ipsi fuit: Clarissimus Vir
M. JOHANNES POLZIUS, p.m. Thermis-Carolinis-
Bobemus: primum per aliquot annos in Academiâ Wi-
tebergensi Philosophiæ Adjunctus; Dein Gymnasi Bero-
linensis tandem Scholæ Wismariensis Rector: Filius Viri
plur. Rev. B. DN. GEORGII POLZII, Ecclesiæ
Schönwaldensis in Bohemiâ per integros XXV. annos, &
postquam propter yndotus Lutheranam Evangelii Confessio-
nē loco pulsus esset Beuzenburgerensis in Marchiâ Pastoris
vigilantissimi; & Matrona honest. B. CATHARINÆ
SEGERIN Schlaccoverdina. Avia paterna, Matro-
na præclarissima CATHARINA BUTELIA,
quæ postmodum nupsit (functo priore marito) Viro plur.
Rev. DN. M. JOACHIMO Brücken Archidia-
cono quondã adD. Mariæ Wismar. fideliss. nunc secundum
vidua: filia Viri Consultissimi B. DN. MAURITII
BUTELII Senatoris Primislaviensium & Nobilissimi
Ordinis Equestris Ukero-Marchici & Stolpinensis Syn-
dici nec non Electoralis Brand. Dicasterni Advocati. & Ma-

trona cultissima B. CATHARINÆ LUDECÆ Sedi-
nensis. Avus maternus plur. Rev. DN. M. JO-
ACHIMUS SCHRODERUS Pastor ad Div.
Georgii emeritus: filius Viri prudentiss. B. DN. PE-
TRI SCHRODERI Senatoris quondam Ribbeni-
censium, & Matrona pia EVÆ Ahnschls / qua fun-
cto primo secundas dein nuptias inuit cum DN. NICO-
LAO Schwerborn / Senatore itidem Ribbenicensi, &
tertias cum DN. Hansß Schmieden / Cive & Merca-
tore hujus Urbis primario. Avia materna Matrona virtuti-
bus decorat: DOROTHEA BACMEISTERS, qua
primum nupserat Viro plur. Rev. DN. M. CON-
RADO HUSWEDELIO, Past. Georg. filia
Viri celeberrimi DN. MATHÆI BACK-
MEISTERI Med. D. & Reip. Luneb. Physici meri-
tissimi, & Matrona honoratissima SOPHIÆ KEL-
LERMANS, laudatissimi quondam Cos. Rostoch.
DN. JOHANNIS KELLERMANNI, filia. Præ-
sagium singularis devotionis & indolis in puello vix dum
binas septimanas nato apparuit, manus suâ sponte compli-
catas matri ostendente, quem morem post retinuit eoque
nos / apius preces ad inflamavit. Tandem feбри continuâ
catharrosâ extinctus est d. 14. Febr die Lunæ s. feriâ secun-
dâ à Dom. Esto Mibi post hor. 1. merid. Anni hujus 1670.
postquam curriculum XXXVIII. hebdomadatum ab-
solvisset. Quin ob insperatum adeo præmaturumque

filioli

filioli obitum in cordolium haud leve conjecti sint Pa-
rentes optumi nulli quidem dubitamus. At, recolligen-
dus in animus, cogitandumq; humana sufferenda abs
nobis omnia fortiter, inprimis quæ non nostro, sed di-
vino sunt relicta arbitrio. *Quod dederat abstulit qui crea-
vit. Nihil abstulit tuum, qui dignatus est recipere proprium.
Creditu suum decuit recipere creditorem, & nihil aliud de-
cet, quam creditori suo, quando cunq; recipiat, gratias agere
mutuantē, pereleganter scribit Hieronymus ad Tyrastr. Et
certè quare conturbemini adeo & conqueramini, Pa-
rentes, causa vix vobis ulla, at verò non una, quare
luctum ponatis, & vobis gratulemini tandem, si re-
colueritis, filiolum vestrum non periisse, sed præivisse;
non denatum, sed renatum; desuisse agere cum vivis
qui verè mortui, & ad sociatum mortuis, qui verè vi-
vi; miseriarum hujus vitæ vix guttulâ adspersum,
quibus vos nobiscum immerfi toti, nunc immenso vo-
luptatû cœlestium oceano refici, ex quo nobis, qui tot
tantisque indies exercemur periculis, vix guttulâ
frui datur. Hæc ruminando luctum intra coercebi-
tis modum atque terminum. Nos contestando do-
lori, ac ostendendæ benivolentiæ, (si fortè lenire &
id dolorem queat) quæ nostri fuerint officii minimè
negligem⁹, tenerrimo funeri frequentes iruri exequias.
Quod uti in honorem non tantum optimorum Paren-
tum, sed & Avi pl. Reverendi, DN. M. JOACHIMI*


Schrö.

Schröders / ad Div. Georg. Pastoris emeriti, ex-
miique sacri nostri ordinis decoris atque ornam-
ti, Collegæ multum æstimandi, cum ingenti fa-
ciatis animi prolubio, seriò abs Vobis, CIVES,
prolixèque contendimus. Inter eundem cogitabitis
illud Augustini: *A prima infantia usque ad decrepi-
tam ætatem spatium breve est; Quod tamdiu vixerat
Adam, quid profuisset ei magis, si mortuus fuisset hodie?
Quid diu est, ubi finis est? Et modò cum loquimur, utiq;
transimus: verba currunt, hora volant; sic ætas nostra,
sic actus nostri, sic honores nostri, sic ista felicitas nostra.
In hoc ergò parvo spatio vita bene vivamus, et
illò eamus, unde non transeamus.*

Convenietur hora I, in æde Mariana.



filioli obitum in cordolium ha
rentes optumi nulli quidem dub
dus in. animus, cogitandumq;
nobis omnia fortiter, inprimis q
vino sunt relicta arbitrio. *Quod
vit. Nihil abstulit tuum, qui digna
Creditū suum decuit recipere credit
cet, quam creditori suo, quando cur
mutuantē, pereleganter scribit H
certē quare conturbemini ad e
rentes, causa vix vobis ulla, at v
luctum ponatis, & vobis gratu
colueritis, filiolum vestrum non
non denatum, sed renatum; de
qui verē mortui, & ad sociatum
vi; miseriarum hujus vitæ vix
quibus vos nobiscum immerfi te
luptatū cœlestium oceano refici
tantisque indies exercemur p
frui datur. Hæc ruminando lu
tis modum atque terminum.
lori, ac ostendendæ benivolent
id dolorem queat) quæ nostri
negligem, tenerrimo funeri frec
Quod uti in honorem non tantū
tum, sed & Avi pl. Reverendi,*



jecti sint Pa
, recolligen
fferenda abs
ostro, sed di
tulit qui crea
ere propriam.
nihil aliud de
gratias agere
ad Tyrast. Et
eramini, Pa
na, quare
adem, si re
ed prævisse;
re cum vivis
qui verē vi
dispertum,
nmento vo
bis, qui tot
vix guttulā
à coercebi
estando do
rtē lenire &
ficii minimē
ri exequias.
rum Paren
DACHIMI

Schro